

Diaboli sunt experti. Concilium Romæ ab Ottone. I. Imperatore congregatum, deposuit Johannem XII. ejusque locô elegit Leonem Ecclesiæ Romanæ Protoscriniarium, vid. GOLDASTI Tom. I. Constitut. Imper. fol. m. 217. & seq. LAUNOJI Part. IV. Epist. I. fol. m. 272. & seq. DUPIN Dissert. Hist. VI. fol. m. 399 HILDEBRANDUS alias Gregorius VII. d. ctus, depositus est in publico Concilio, ab Episcopis Gallia, Germaniæ & Italia, Goldastus loc. cit. fol. m. 236. & seq. vid. GERHARDI Confess. Cathol. fol. m. 699, 700, & 817.

§. XXIX.

Nos itaque ex adductis colligimus, hancque æternæ veritatis formamus conclusionem, *si Pontifex Romanus subiectus est Concilio, atque ab eo deponitur, Caput Monarchicum Ecclesiæ nullô modô esse atque salutari potest, cum Concilium representet Ecclesiam.* Firmam esse hanc consequentiam, fatetur ipse, BELLARMINUS Lib. II. de Conciliis, Cap. XIV. & Gregor. de Valent. in Anal. Lib. VIII. Cap. VII. *qui dicunt, inquit, Concilium esse supra Papam, illi reverà pugnant cum Primatu Pontificis Romani.* Firmum proinde atque fixum manet, respectu deniq; unius Capitis, Christi Jesu, non verò Pontificis Romani, unam esse, quam credimus, Ecclesiam, neq; unitati huic obstant Ecclesiarum particularium per totum terrarum orbem *dispersio*: nec in minùs fundamentalibus *dissensio*: nec rituum *disfinitudo*: nec cum malis & hypocritis *conversatio*: nec membrorum in tres Hierarchias *distinctio*; siquidem TOTA fidelium in hac vita multitudo est UNA Ecclesia vinculo fidei, Spiritus & charitatis, quæ post hanc vitam UNA & erit consortiô æternitatis.

ERRATA

Quæ propter interruptam nostram præsentiam hinc inde irrepsere, B. L. pro nnata sua humanitate corrigere dignetur ita: Pag. 1. Lin. 5. post *adv.* scilicet addantur seqq. quædam scribere animus est. ead pag. lin. 8. deleatur *non* & ponatur lin. 12. loco *sed* pag. 23. lin. 24. pro *competat* legat *quædret* ead. pag. lin. 25. pro *meretur* leg *posset* pag. 23. lin. 13. leg. Chamier. &c. &c.

206 206 206

Coll. diss. A. 224, misc. 19: